obiectoꝝ ſilr:qꝛ nõ in actu:habeat ſaltẽ notitiã eoꝝ ꝑma/
nentẽ ſicut põt:⁊ ita in habitu:ſꝫ ſi aliqs actus eſſet ex nã
ſua ita permanens in actu ſicut ponit̃ habitus reſpectu
C illius:nõ oporteret ponere habitũ:qꝛ actus talis haberet
perfectionẽ actus pmi ⁊ ſcḋi.ſed viſio beata ex nã ſua eſt

forma ita permanens in intellectu ſicut habitus:qui po/
nit̃ prior.vterqꝫ eniz permanet ſemꝑ ex preſentia perpe/
tua obiecti beatifici:⁊ neuter poſſet aliter ꝑmanere. ¶ Et
ſi obijciat̃ ꝯtra iſtud:qꝛ tũc poſſet itellectus ex puris na/
turalibus videre ṽbũ:qꝛ ſine lumine glorie ⁊ ſine habitu
precedente viſionez. ¶ Rñdeo ⁊ dico ꝙ ꝯcluſio vĩ aliq̃
mõ ſequi ponẽdo lumen vel habitũ pcedentẽ viſionem:
ita ꝙ ſit neceſſaria vel ſufficiẽs rõ reſpectu viſiõis.ſi eniz
cecus miraculoſe illuminat̃ tñ illuminatus nãliter videt: (Idẽ q.pma prologi.)
qꝛ hꝫ formã creatã qua nãliter põt vti ad opõnẽ illã. Ita
ſi det̃ intellectui ſupnaturalr aliqs habit9:quo dato tanꝙ̃
per formã ſufficientẽ intellectus põt videre deũ:⁊ cũ ipſe
habitus ſit aliqḋ creatũ ⁊ nãliter ꝑficiens itellectũ:ſeque
ret̃ ꝙ per aliquã formã creatã poſſibile eſſet nãliter vi/
dere deũ:ſed nõ ſeq̃t̃ negãdo talez diſpoſitionẽ vel lumẽ
precedẽs:ſiue dicat̃ lumen ſiue habit9 nõ curo:qꝛ in quo/
cũqꝫ inſtanti priori nãliter ipſa viſione nulla eſt cã nãlr
prior ipſa viſione:vſqꝫ enim ad illud inſtans nature quo
intellectus videt nõ hꝫ itellectus vñ poſſet in iſtã viſio/
nẽ:ſed tñ precedit naturaliter ipſe intellectus in ſe ⁊ obie
ctũ qḋ põt elicere ipſaz viſionẽ:qꝛ nõ eſt motiuũ nãliter
ꝓportionatum huic paſſo nec natũ naturalr mouere ipſz.
Tunc ad formã argumenti dico ꝙ nõ ſequit̃ niſi ꝙ intel/
lectus aie chri poſſet nãliter in viſionẽ:ſed nõ ſequitur ꝙ
viſio poſſet ſibi ineſſe ex nãlibus ſuis:vel ꝙ poſſit ſibi in/
eſſe ex aliqua cauſa nãli:qꝛ nõ põt ſibi ineſſe niſi a verbo
imediate cauſante iſtaz viſionẽ:qꝛ quãdo cauſat illã ime/
diate ⁊ ſupnaturalr cauſat. ¶ Si aũt querat̃ vtrum ſine
tali habitu vel lumine qḋ dicat̃.a.poſſit itellectus creat9
nõ tñ paſſiue ſe hĩe ad talez viſionez:ſed etiaz actiue ad
eliciẽdũ tantã viſionẽ ⁊ h eque ꝑfectã ſicut cũ a: ¶ Dic
ſupponendo verũ ꝙ intellectus poſſit ſe habere actiue re/
ſpectu viſionis ṽbi:ſicut ⁊ actiue ſe hꝫ reſpectu itellectio/
nis nãlis:inquãtũ.ſ.eadẽ potentia beatificat̃ que eſt pn9
intellectionis nãlis:⁊ ita inquantũ habens eandẽ rationẽ
operãdi circa vtrũqꝫ obiectũ:tunc põt dici ſicut ad.4.q.
diſtinctionis pcedentis dictũ eſt.ꝙ ſi eſt neceſſaria conne
xio cauſaꝝ ⁊c.ſed quãtũ ad receptionẽ de qua eſt queſtio
mõ ꝓpoſita nõ vĩ ſimplr neceſſariũ cõcedere.a.ꝑus ꝑfi/
cere itellectũ ꝙ̃ viſionez.ſed ſi intells põt recipere duas
ꝑfectiones ordinatas.ſ.a.vt actuz primũ ⁊ viſionẽ vt actũ
2m.cõgruũ eſt vt illis perfectionibus ordinate perficiat̃:
ſed vtraqꝫ abſolute poſſet ineſſe ſine alia.

Ad primum argm dico ꝙ dictũ Aug.põt exponi
per illud.2.phy⁊.abſtrahentiũ non (Tex.cõ.18.)
eſt mendaciũ:abſtrahens.n.nõ intelligit rez aliter ꝙ̃ eſt
ſꝫ intelligat rez aliter eſſe ꝙ̃ eſt:ita ꝙ alietas in abſtractio
D ne determinat ſuã itellectionẽ ſiue dicit modũ intelligen/
di:nõ aũt determinat obiectũ nec dicit modũ obiecti:ita
in ꝓpoſito pma ꝓpoſitio Aug.ꝗ intelligit rez aliter ꝙ̃ eſt
fallit̃:nõ eſt vera ꝓut ly aliter/determinat nõ obiectũ:ſꝫ
ipſuz eſſe implicitũ:qꝛ tũc eſſet ſenſus ꝙ qui intelligit rez
aliter eſſe ꝙ̃ eſt:qḋ facit abſtrahens:fallitur:ſꝫ ꝓut ly alr/
determinat obiectum ſic eſt vera:⁊ ſequitur concluſio.
¶ Abſtrahens enim nõ intelligit rem aliter eſſe ꝙ̃ eſt:ſꝫ (Additio)
intelligat aliter rez ꝙ̃ eſt:ita ꝙ alietas in abſtractione de/
terminat ſuam intellectionem ſiue dicit modũ intelligen
di:nõ aũt determinat obiectũ nec dicit modũ obiecti:ita
in ꝓpoſito pma ꝓpoſitio Auguſtini:qui intelligit rez alr
ꝙ̃ eſt/fallitur:non eſt vera:niſi vt ly aliter/determinat ob/
iectum ſcilꝫ ipſum eſſe implicitum:⁊ eſt ſenſus qui intel/
ligit rem aliter eſſe ꝙ̃ eſt/fallitur:⁊ ſequitur concluſio. (aliorum.)
ꝙ idem obiectũ ſm omnino eandem rationez vnus non
intelligit plus ꝙ̃ alius:ita ꝙ ly plus/determinet obiectũ:
⁊ hoc ſufficit ad propoſitum ſuum. Ex hoc enim ſequitur

ꝙ intelligentie nõ ꝑcedunt in infinitum:ſed ꝙ ſit aliqua
intelligentia ſuprema:qꝛ ſi obiectũ ex ꝑte ſui infinitũ non
põt aliter ꝛ aliter intelligi:ꝛ ipſi intelligibili ſm intelligibi/
litatẽ ſuã põt aliqua intelligẽtia adequari:pari rõne pmo
intelligibili põt aliqua itelligẽtia adeq̃ri:igit̃ eſt aliq̃ intel
Egidi.de ro^e Dei.quoli. 1.q.1. ligentia ſuprema. ¶ Ad 2^m lʒ alig negent obm ſub rõne
infiniti videri ab aliquo intellectu creato ꝛ h̃ abſolute:lʒ
cõcedant infinitatẽ videri nõ formalr:ſed tñ cõcomitan
q.p^e ꝛ viſio. E ter.ego tñ cõcedo ſicut tactum fuit.j.diſ.pmi.ꝙ nihil niſi
ſub rõne infiniti formalr põt ꝗetare intellectũ:ita ꝙ ſi nõ
inquãtũ infinitũ formalr apprehẽderet̃:ſed infinitas tñ
cõcomitaret̃:nõ plus ꝗetaret potentiã apprehẽſiuam q̃
aliud intelligibile:accidit enĩ ſibi infinitas vt cõparat̃ ad
potentiã illã:ſicut nõ plus ꝗetaret viſũ triangulus vt al/
bus q̃ vt niger.ſi triangulus ſolũ inquãtũ triangulus cõ/
paret̃ ad potẽtiã illã ꝛ nõ apprehendat̃ per ſe illud cõco
mitans.Silr eſſentia nõ ꝗetat niſi vt eſt eſſentia viſa exi/
ſtens in tribus ſuppoſitis.hoc aũt nõ cõuenit ſibi niſi rõ/
ne infinitatis.g̃ ꝛc. ¶ Et nũc ad illas duas ꝓbationes in
3riũ.Ad pmã dico ꝙ ꝛ ſi obm diſtinctũ ſpe cõcludat di/
ſtinctionẽ act^9 ſpe:nõ q̃dẽ formalr:qꝛ obm nõ eſt forma
alicui^9 act^9:ſed cauſalr:qꝛ cã eſſentialr prior neceſſario re
quiſita inq̃tũ diſtincta ꝯcludit diſtinctionẽ in cauſato:nõ
tñ vnitas obiecti ſpecifica ꝯcludit vnitatẽ act^9 ſpecifice:
qꝛ idem obm eſt obm oĩs itell's beati:ꝛ ẽt oĩs voluntatis
beate:nec tñ volitio eſt eiuſdẽ ſpẽi cũ itellectione.pñt eñi
iſti actus formalr diſtingui:lʒ nõ habeãt obiecta formalr
diſtincta:ꝛ pñt ẽt diſtingui cauſalr aliunde q̃ ab obiectis:
qꝛ ab ipſis potẽtijs tanq̃ a cauſis ſuis eẽntialib^9:ꝛ ita da/
to ꝙ ab obiecto indiſtincto ſm ſpẽm hẽrent indiſtinctio
Ter.cõ.33. 37.ꝛ.41. nẽ:tñ ab alia cã partiali diſtinguerent̃ ſpe.nec pħs.2.de
aĩa.dicit ꝙ act^9 hñt vnitatẽ ab vnitate obiecti:ſʒ diſtõnẽ:
ꝛ hoc niſi eſſet aliqð obm ita adequatũ actui qð nõ exce/
deret nec poſſet excedi ſicut eſt reſpectu act^9 ſui forte:ſic
nõ eſt in ꝓpoſito. ¶ Exẽplũ hui^9 eſt in motu ꝛ termino:
qꝛ diſtinctio termini motus ꝯcludit diſtinctionẽ in motu
ꝓut motus eſt forma fluens ſi illa forma ſit eiuſdẽ rõnis
cũ for^a terminãte motũ:ſʒ idẽ nõ opʒ vnitatẽ termini mo/
tus ꝯcludere vnitatẽ mot^9:qꝛ vbi oĩno idez põt acq̃ri di/
uerſis motib^9 ſm ſpẽm:vt motu circulari ꝛ motu recto q
Ter.cõ.21.ꝛ ſequentibus. ſunt incõꝑabiles ſm phm.7.phy^r. ¶ Ad 2^m ꝓbationẽ
dico ꝙ Aug.de ci.li.13.c.18.dicit ꝙ q̃cq̃d ſcia cõprehẽdit̃
ſcientis cognitione finit̃:qð nõ eſt intelligendũ ꝙ abſolu/
te finiat̃:qꝛ tunc deus nõ cõprehẽderet ſe:ſed finit̃ cogno
F ſcenti:qꝛ reſpectu eius ſe hʒ ac ſi eſſet finitũ:vñ enĩ ſolus
ille itell's cõprehendere aliqð intelligibile cuius tanta eſt
ꝑfectio in intellectualitate quãta eſt ꝑfectio vel intelligi/
bilitas intelligibilis:ꝛ iõ ibi eſt cõmẽſuratio ꝛ adequatio.
ꝛ ꝑꝑ hoc neutrũ eſt reſpectu alteri^9 excedẽs:ꝛ ita vtrũq̃ʒ
q̃ſi finitũ eſt alteri:qꝛ ſimplr adequat̃:ſicut ꝑꝑ eq̃litatez
ꝑſonaꝝ diuinaꝝ poſſet dici vna ꝑſona finita alteri:qꝛ nõ
excedens eã:ꝛ tñ ſimplr nõ eſt finita.quia g̃ nullus itell's
creatus põt hĩe tantã itellectualitatem neq̃ʒ in actu pmo
neq̃ʒ in actu ſcðo quãta eſt itelligibilitas dei vt obm:imo
in i͂finitũ excedit:iõ nullus talis itell's creatus:ꝛ ſi videat
q̃cũq̃ʒ viſibile ex parte dei:põt ipſuʒ comprehẽdere:qꝛ
nõ eſt cõmẽſuratio hincinde. ¶ Ad 3^m dico ꝙ lumen re/
quirit̃:ſʒ nõ aliud lumen ab ipſo obiecto qñ obm ſupplet
ſufficiẽter vicẽ luminis.ꝙ enĩ itellectione nãli lumen ſit
aliud ab obõ hoc eſt ex imꝑfectione obiecti.vñ in talib^9
ſilibus ex pluralitate in imꝑfectis nõ tenet ſilitudo ad cõ
cludẽdũ in ꝑfectis:qꝛ que ſunt diſperſa in iferiorib^9 q̃lq̃ʒ
ſunt vnita in ſuꝑioribus ꝛ maxĩe in ſupremo. ¶ Ad 4^m
põt rñderi ꝑ idẽ:qꝛ ſilitudo nõ tenet de actu nãli ꝛ ſupna
turali. ¶ Põt tamen alr dici.vʒ.ꝙ actus perfectiſſimus
cognitionis põt elici a potẽtia ſine habitu precedẽte.põt
enim intellectus ꝑfectiſſime cognoſcere q̃ddicates ꝛ ter/
minos ante oẽm actũ intell's cõplexũ:ꝛ eos cõponere ad
inuicẽ:ꝛ ex rõnibus eoꝝ ꝯcludere veritatẽ complexionis
pncipij:qꝛ ſm phm pmo poſte^r.pn^a cognoſcimus inq̃tũ Ter.cõ.6.
terminos cognoſcim^9.g̃ ꝑfectiſſime aſſentit̃ pn^o ex termi
nis eius ante oẽm habitũ genitũ:lʒ talẽ aſſenſuʒ ſequatur
habitus ille ꝛ habitus eſt aliquo mõ neceẽius ad ꝑfectionẽ G
nãe noſtre:qꝛ in nobis non poſſet manere notitia pncipij
aliquo mõ ceſſante illo actu niſi maneret ille habitus pn/
cipij:ꝛ ita poſt intellectionẽ pncipij eſſet aliq̃s adeo in po
tentia eſſentiali ad intellectionẽ ſicut prius.Similr põt di/
ci de ſcia ꝯcl'onis que eſt ex pncipijs intellectis ꝛ ꝯcl'one
illata ex eis ꝑ ſyll'm ꝑfectũ q ex ſe eſt euidẽs.ꝑ illã diffõ/
nez ſylli ꝑfecti p prioꝝ:qui.ſ.nullus eget vt appareat ne/ Ter.cõ.8.
ceſſitas eius.hoc eſt vt ſit euidẽter neceſſarius ex notitia
pncipioꝝ:ꝛ euidentia illationis nec̃io aſſentit̃ ꝯcl'oni:ita
ꝙ p^m circa ipſaʒ ꝯcl'onẽ eſt ipſuʒ ſcire:ꝛ ex hoc ſequit̃ ſcia
q̃ eſt hit^9 ꝯcl'onis:ꝛ ita nõ p̃ſupponit̃ actũ ꝑfecto ſʒ ſeq̃t̃.

Ad ſcðam qõnẽ di ꝙ nõ potuit videre oĩa que vi Tho.1.parte ſũ.q.12.ar.8. ꝛ.3.ꝑte eiuſ/ dem.q.10.ar ti.2.ꝛ.3.
det vbũ:qꝛ quanto cã ꝑfectius vi tan/
to plures effectus pñt videri in ea ꝛ ecõuerſo:ſicut pʒ de
pn^o ꝛ ꝯcl'one:qꝛ quanto pn^m ꝑfectius vi tanto plures con/
cluſiones vident̃ in eo.g̃ potẽs videre oẽs effect^9 in cã p^a
põt cõprehendere ipſaʒ:nullus intell's creatus põt 2^m.g̃
nec pmũ. ¶ Diſtinguit̃ g̃ de ſcia dei:qꝛ q̃dã eſt ſimplicis
notitie que eſt reſpectu poſſibiliũ ꝛ actualiũ:ꝛ quedaʒ eſt
ſcia viſionis que eſt tñ reſpectu habentiũ exiſtentiam in
aliqua ꝑte tẽporis.oĩa cognita ſcia viſionis ponit̃ aĩa chri
cognoſcẽ in vbo.nõ aũt oĩa cognita ſcia ſimplicis notitie.

Contra rõnẽ huius poſitionis arguit̃ ſic.Si ipſi.a.
cõueniãt.b.ꝛ.c.ordinate:ita ꝙ.b.ſit tota rõ
reſpectu.c.ſi intelligens.b.nõ cõprehẽdit.a.multo magis
intelligens.c.nõ cõprehẽdit.a.exemplũ de ſubiecto diffõ
ne ꝛ paſſione.ſi intelligens diffõnẽ nõ cõprehendit ſubm
neq̃ʒ intelligẽs paſſionẽ cõprehendit illud.vel ꝑ medio
accipiat̃ paſſio prior:ꝛ pro 3° paſſio remotior que ineſt ꝑ
rõnẽ paſſionis prioris.pʒ ibi ꝓpoſitio:ſʒ reſpectu dei eſt
infinitũ itenſiue ꝛ eſſe:in quo infinita poſſibilia q̃ocũq̃ʒ
relucent/ſe hñt ordinate:ita ꝙ qꝛ eſt infinitus itẽſiue:iõ
infinita poſſibilia relucent in eo:ꝛ ita in infinita poſſibilia
põt:ſʒ nõ ecõuerſo.ſed cognoſcens ipſuʒ ſub rõne infini/
tatis intenſiue nõ ꝑꝑ hoc cõprehẽdit ipſuʒ ex dictis in.q.
Solutio.2. principalis. precedẽti.ergo multo magis cognoſcẽs i͂finita poſſibilia
que relucent in eo ſiue eius infinitos effectus nõ cõprehẽ
dit eũ. ¶ P̃.Cognoſcens vnũ effectũ in vbo nõ cõprehẽ
dit illũ nec vbũ vt eſt cã illius.g̃ quotcũq̃ʒ effectus cogno
ſcat nullũ eoꝝ cõprehẽdet nec vbũ vt eſt cã alicui^9 eoꝝ.
igit̃ multo magis nec ſimplr cõprehẽdet cãm ſi oẽs effe/
ctus eius cognoſcat. ¶ P̃.Illud exemplum de ꝯcl'one ꝛ H
pn^o accipit falſuʒ.cã enĩ inquantũ cã nullã ꝑfectionẽ ac/
cipit a cauſato:qꝛ nãliter eſt prior eo.g̃ cognitio pncipij vt
eſt cã cognitionis cõcluſionis nullo mõ ꝑficit̃ ꝑ cognitio/
nẽ ꝯcl'onis. ¶ Cõfirmat̃ rõ.accipiat̃ aliqð pn^m vt notuʒ
in aliquo gradu:ꝛ quero vtrum per ipſuʒ põt aliqua con/
cluſio cognoſci:ita ꝙ maneat cognitio pncipij in itellectu
pciſe nõ aucta aut nõ.ſi ſic,habet̃ ꝓpoſitũ:qꝛ cognoſcẽs
ꝯcl'onem ex pncipio nõ ꝑfectius cognoſcit pn^m:ꝛ ſicut de
vna cõcluſione ita de q̃buſcũq̃ʒ incluſis in ipſo pncipio.
Si non:ergo iſtud principium vt in hoc gradu cognitum
non eſt principium:quia reſpectu nullius concluſionis qð
eſt falſum. ¶ Item tunc eſſet circulus inter illa. ¶ Iſtð
etiam confirmatur per phm primo poſteriorum:vbi vult Ter.cõ.2.
ꝙ opʒ maxime cognoſcere de ſubiecto quid eſt:ꝛ ratio
eſt:quia in rõne ꝛ quidditate ſubiecti virtualiter includit̃

tota rō ſcie nec per ipſam demōſtrationē acquirit̃ aliquo mō de ſubiecto quid eſt:imo totalr̃ p̄ſupponit̃:ſed tn̄ ꝑ demōſtrationē acquirit̃ cognitio paſſionū inherētiū ſibi: ⁊ ita erit de ꝯcluſione reſpectu p̄ncipij ꝙ cognitio p̄ncipij totaliter p̄ſupponit̃ demonſtrationi:⁊ in nullo perfectior acqrit̃ per demonſtrationē.❡ Ad argumentuꝫ ergo pōt dici ꝙ in ipſo eſt fallacia ꝯñtis:lꝫ eniꝫ ꝑfectius cognoſcēs cām poſſit plura cognoſcere qr̄ eſt cauſa ꝑfectius repreſentans cauſata:nō tn̄ econuerſo:qꝛ pōt ſtare cognitio p̄ncipij in ſe nō aucta:cōcluſionibus pluribus ex ipſo elicitis:⁊ ita de cā ⁊ effectibus pluribus cognitis.❡ Cōtra diſtinctionē illā qua ſoluit̃ qō de duplici ſcia viſionis ⁊ ſimplicis notitie.arguo:qꝛ intellectus aīe chr̄i poſſet cognoſcere in v̄bo aliqd̄ poſſibile futurū:nūq̄ꝫ fiendū.ergo nō precise ponit̃ ei terminus in cognitione eoꝝ que deus nouit ſcia viſionis.aſſumptū ꝓbat̃:qꝛ etiaꝫ veriſimile eſt alias aīas viſuras in v̄bo ipſuꝫ poſſe creare aliqd qd̄ non creat etiā diſtincte:⁊ ita multo magis hec aīa poterit videre alīqd̄ poſſibile in v̄bo.❡ R̄. Poſſibile eſt vt videat in v̄bo aliqd̄ poſſibile ⁊ qua rōne vnum ⁊ aliud.ergo ad vitādū infinitatem opꝫ alium terminuꝫ prefigere q̄ꝫ includendo actualia ⁊ excludendo poſſibilia.

Henri.qu.5. q.14.⁊re bo. ⁊vv.had h. **Aliter** reſpondet̃ ad qōnē diſtinguēdo ꝙ intellectus aīe chr̄i potuit in verbo videre oīa habitualr̄: nō aūt actualr̄.❡ Scōm mēbrū ꝓbat̃:qꝛ virtus infinita nō pōt in plura q̄ꝫ in infinita obiecta.ſi ergo virtus finita poſſet in infinita:virtus finita equaret̃ virtuti infinite:qd̄ eſt inconueniens.g̃ ⁊c̃.❡ R̄. Uirtus finita diſtinctius videt duo q̄ꝫ tria ⁊ tria q̄ꝫ quatuor:⁊ ſic aſcendendo minus diſtincte videt mille q̄ꝫ centuꝫ.ergo in īfinitū plura in infinitū indiſtinctius videt q̄ꝫ pauciora:ſed in infinitū indiſtinctius aliquo gradu finito videre eſt non videre g̃ ⁊c̃. ❡ R̄. Infinitas extenſiua preſupponit infinitatē intenſiuaꝫ ſm̄ Auer.de ſubſtantia orbis ⁊.12.meta^ce:ſed aīa chr̄i nō potuit habere infinitateꝫ intenſiuaꝫ cuꝫ ſit creatura ⁊ qōdā finitū.ergo nec extenſiuaꝫ ad infinita obiecta. co.42.

Contra iſtud ⁊ p̄mo cōtra p̄mā partē poſitionis de habitu:ſi itelligat̃ ꝙ vnus habitus ſit ratio intelligēdi infinita obiecta:hoc videt̃ ipoſ̃e:⁊ hoc ſub ſuis ꝓprijs rōnibus:qꝛ tunc ſequeret̃ talē habitū eſſe itenſiue infinituꝫ:ſicut ꝓbatū eſt lib.2.diſ.3.de illo habitu quem aliqui ponunt in angelis repreſentatiuū quātum eſt de ſe infinitoꝝ obiectoꝝ.❡ Et ſi dicas ſuper iſtum habitū tn̄ fundari infinitos reſpectus ad infinita obiecta:⁊ hoc poſſet fieri ſine infinitate fundamenti.❡ Cōtra hoc arguit̃: qꝛ tunc ſm̄ h̄ 2^m mēbrū ꝯdiceret p̄mo:per hoc eniꝫ ponitur fundare infinitos reſpectus vt nō ſequat̃ aliqua infinitas fundamenti in ſe.g̃ a ſimili nō eſt incōueniēs ꝙ aliqs actus ſit īfinitoꝝ actualiter per infinitos reſpectus ad infinita:⁊ tn̄ ꝙ actus nō ſit in ſe infinitus.❡ Illud etiaꝫ de reſpectibus nō cōcludit:qꝛ aliqd reſpectus poſſunt fundari ſuꝑ idē:⁊ aliqui nō.ſi enim eſſent infinite albedines ſuper iſtam nām albedinis fundarent̃ infinite ſimilitudines:qꝛ vnitas ipſa nāe que eſt ꝓxima ratio fundandi ſilitudinē quātū eſt de ſe poſſet eſſe in īfinitis:ſed relationes alicuius poſterioris eſſentialr̄:nō poſſunt eſſe infinite ad aliqd̄ prius eſſentialiter:maxime qr̄ illa prioritas eſt ꝑfectionis:puta efficientie vel finalitatis:qꝛ quanto aliqd ſil pōt eſſe talis cauſa pluriuꝫ tanto eſt ꝑfectius:⁊ ita ſi pōt eſſe ſimul infinitoꝝ pōt ſimul eſſe infinitum.tales autem ſunt reſpectus habitus ad obiectuꝫ vt primo cognitū:qꝛ obiectum eſt ratio quare habitus hꝫ p̄mo eſſe.❡ R̄. Et 2^m membrū ꝯdicat p̄mo ꝓbo:qꝛ oīs habitus vnus in vno intellectu pōt habere actuꝫ adequatū:vel actus adequatos illi habitui vel intellectui in quo eſt:quia oīs cā totalis finita poteſt intelligi habere effectum adequatum vel effectus adequatos.Iſte effectus vnus adequatus ſi ponatur erit vnus oium obiectoꝝ:vel effectus plures ſi ponant̃:qꝛ habitus ponit̃ eſſe oīum in actu p̄:⁊ ita actus ſcōs erit ēt oīum.vel ergo iſte habitus eſt infinitus:qd̄ eſt propoſitū ex vna pte:vel actus vnus qui eſſet infinitoꝝ:vel plures qui eſſent reſpectu infinitoꝝ obiectoꝝ nō eſſet infinitus vel infiniti:qd̄ eſt ꝓpoſitū ex alia parte:nō eniꝫ ex totali cauſa finita pōt ꝓcedere effectus adequatus infinitus:vel effectus adequati infiniti.

Tertio modo pōt dici ꝙ aīa chriſti actualr̄ videt oīa in verbo que videt verbum.qd̄ declarat̃:qꝛ q̄liꝫ intellectus eſt receptiuus notitie cuiuſcūqꝫ obiecti:qꝛ eſt totius entis:⁊ per ꝯñs ad qdcunqꝫ intelligibile hꝫ deſideriū nāle:⁊ ſi qdcūqꝫ cognoſceret in hoc ꝑficeret̃ naturalr̄:⁊ ſicut dico de notitia illa ita de viſione in verbo:qꝛ illa eſt ꝑfectiſſima notitia poſſibilis haberi de obiecto.q̄libet ergo intell's eſt receptiuus cuiuſlibet viſionis in verbo:⁊ hoc loquēdo diuiſim.g̃ ⁊ coniunctim q̄libet intellectus eſt receptiuus ſimul viſionum in v̄bo reſpectu oīuꝫ obiectoꝝ.ꝓbatio ꝯſequētie:cuicūqꝫ pōt qōlibet ineſſe ſi ei pñt ſimul duo ineſſe:qꝛ nō opponunt̃.⁊ infinita talia ſimul poſſunt eidem ineſſe:qꝛ nulla eſt rō īpoſſibilitatis vel incōpoſſibilitatis.qdcūqꝫ enim illorum pōt per ſe ineſſe:⁊ qdcūqꝫ cum quocunqꝫ pōt ſil ineſſe:qꝛ nō opponunt̃.⁊ quotcūqꝫ ſil pñt ieſſe:qꝛ ex pluralitate inherentiū nō ſequit̃ noua īpoſſibilitas:⁊ ſic ſeqt̃ ꝓpoſitū:ſicut eni viſio in verbo reſpectu cuiuſqꝫ obiecti pōt ineſſe aīe chriſti:ita ⁊ viſiones duoꝝ obiectoꝝ ſil:qꝛ nō repugnāt:aliter nō poſſet ſe videre beatā ⁊ aliqd aliō in verbo:⁊ ita cū ſemꝑ videat ſe beatam in verbo:nunq̄ꝫ poſſet aliqd aliud videre in v̄bo:nec quecūqꝫ multitudo ponit nouā īpoſſibilitatē.pꝫ:nec nouā oppoſitionem:qꝛ ſi eſſet oppoſitio illa eſſet alicuius ad aliqd̄.❡ Nec iſta infinitas eſt incōpoſſibilis itellectui creato.ꝓbo:qꝛ receptiuꝫ ſm̄ ꝓpriā rōnē receptiui nō eſt in ſe ꝑfectius ſi ſit in actu ſm̄ ſuas potētias q̄ꝫ ſi ſit in potentia reſpectu actuū ꝙ apparet:qꝛ ipſi actus ſunt extra rationē receptiui:⁊ pꝫ in exemplo de mā ⁊ forma.g̃ intell's nō cōcludit̃ eſſe ꝑfectior ſi eſt in actu ſm̄ oēs ſuas potētias paſſiuas q̄ꝫ qr̄ eſt in potentia ad illos actus.Sed intell's eſt ſil' in potētia ad infinitas viſiones.pꝫ enim ꝙ eſt in potentia ad quēcūqꝫ actū ex natura ſua ⁊ ſil' in potētia ad oēs.g̃ ſi eſſet in actu ſm̄ oēs iſtos actus non ſequeret̃ tunc maior infinitas q̄ꝫ mō.❡ Et ſi dicas ꝙ nō eſt capax oīum ſil' falſum eſt:qꝛ ſimul eſt in potētia ad oēs.ergo ſil' pōt hr̄e oēs in actu:cū nō ſit oppoſitio illoꝝ actuū:nec requirat̃ in receptiuo aliqd ſibi repugnans.❡ R̄. Sicut dicet̃ in ſequenti qōne ſi aīa chriſti nouit oīa ſingularia in ꝓprio gn̄e:hoc eſt ꝑ ſpecies ꝓprias:⁊ ita infinita:qꝛ ſingularia pñt eſſe infinita.nō plus aūt repugnat intellectui īfinitas viſionū q̄ꝫ ſpēꝝ intelligibiliū:qꝛ ⁊ ſi viſiones ſint aliquo mō perfectiores ſpeciebꝰ:nō tn̄ requirūt aliā rōnē receptiui.❡ Cōfirmat̃ iſta poſitio:⁊ ꝙ etiā hoc ſit de facto.per illud Augu.15.de tri.c.15.fortaſſis nō erūt ibi cogitationes volubiles:qd̄ lꝫ ſit dubiū de beatis.vī tn̄ ꝓbabile de iſta aīa tanq̄ꝫ beatiſſima ꝙ in ea nō erunt tales cogitationes.g̃ quecūqꝫ nouit habitualr̄ pōt noſcere actualr̄.❡ Hoc ꝯfirmat̃ ꝑ Dam. Lib.3.c.10. 67.c.dicentē ꝙ iſta aīa habuit preſciam futuroꝝ.❡ Hec aūt ſcia nō vī habitualis:qꝛ futura cōtingētia nō ſūt nata cognoſci ſiue in ſe:ſiue in v̄bo niſi intuitiue.❡ R̄. Actus ſcōs eſt ꝑfectior actu p̄mo:⁊ ita eſſet ꝑfectior.ſi cognoſceret ſe oīa videre q̄ꝫ ſi habitualr̄ cognoſceret.g̃ opꝫ oſtendere īpoſſibilitatē huius ad hoc ꝙ perfectio iſta deſit iſti aīe.ſi g̃ rōnes adducte ad hoc ꝓbandū ſunt ſolubiles.vī ꝙ oppoſitū

I

K

L

ꝙ oppoſitum tanq̄ ꝓbabilius ſit tenendū. ℭ R̄. Actus glorie nō videt̄ īterruptus: ⁊ ideo nō qn̄q3 circa vnu3 ⁊ qn̄q3 circa aliud. ergo ſimul om̄ia ⁊ ita actualiter.

M **Poteſt dici** ꝙ cōcluſio iſta poſſet poni duobus modis. Uno modo ꝙ aīa chr̄i h̄ret vnā viſionē reſpectu ꝟbi vt p̄mi obi̇: ⁊ oīum obiecto℞ relucentiū in ꝟbo vt ſc̄dario℞ obiecto℞: ad que obiecta ſc̄daria h̄ret reſpectus diſtinctos. nec ſequeret̄ īfinitas actus fundantis reſpectus hui⁹: quī nō eſſent niſi in potētia: ⁊ iſto mō nulla ponit̄ īfinitas in actu: q2 obm̄ nō h3 eē in actu. Alio mō poſſet poni ꝙ reſpectu cuiuſcūq3 obiecti eſt ꝓpa viſio: ita ꝙ eſſent ſimul infinite viſiones recepte in actu a verbo cauſante: ⁊ ſm̄ iſtā viam ſc̄daz op3 ponere aliq̄ īfinitatē: qḋ videt̄ ꝯdicere multis auc̄toribus pho℞ ⁊ ſc̄o℞. ℭ Si primus modus ponit̄: nō ꝓpter hoc ſequit̄ viſionē illā eſſe formalr̄ īfinitā: ſicut eſt viſio diuina: ipſa eni3 nō eſſet cōprehēſiua p̄mi obiecti neq3 obiecto℞ ſc̄dario℞: nec neccio ex ꝑfectione ſua eſſet obiecto℞ ſc̄dario℞: ſ3 poſſet eſſe idē actus, dato ꝙ eſſet tm̄ p̄mi obi̇: ſed viſio diuina ex ꝑfectiōe ſua eſt neccio ſui ⁊ alio℞. ℭ Sed dato ꝙ poſſet recipe vnā viſionē reſpectu infinito℞ vel īfinitas viſiones, dubiū eſt an reſpectu illius vnius vel illarū plurium ſi ſint: poſſit h̄re iſte intell'ſ creatus rōnez elicitiui: videt̄ ꝙ ſic. q2 intell'ſ elicit īntellectionē vt eſt prior nālr̄ intellectione: ſed per hoc ꝙ aliqua īntellectio eſt elicita nihil ꝑfectionis auferet̄ ſibi ꝑtinentis ad ipſum vt eſt prior naturalr̄ īntellectione: igit̄ nec ꝑ vnā īntellectionē elicitam auferet̄ ſibi potētia eliciēdi aliā. ℭ Cōfirmat̄: q2 quācūq3 iſta℞ infinita℞ poſſet elicere: ſi tūc aliā nō eliceret: ſ3 tūc aliā eliciat eque ꝑfectus manet in ſe īquātū eſt alteri⁹ elicitiuus: g° pōt aliā elic̄. ℭ Oppoſitu3 videt̄: q2 quecūq3 virtus actiua finita pōt h̄re aliquē effectū adequatū intēſiue ⁊ extēſiue ī plures: ita ꝙ pl'es illis nō pōt ſimul cauſare: igit̄ nullus intell'ſ creatus pōt elicere viſiones īfinitas. ℭ Et tunc ad p̄mā rationē de prioritate p̄ncipij elicitiui ad effectu3 eſſet dōm, ꝙ aliqḋ prius pōt habere aliq̄ poſteriora vltra que non pōt ſimul: ⁊ ita l3 nihil ſibi tollatur in ſe: vt eſt prius per hoc ꝙ cauſat vnu3 poſterius: non tamen pōt ſimul quodcūq3 cauſare.

Sed ſi iſta via 3ª nō placet neq3 ꝙ īfinita videat eliciitiue neq3 ſil' recipiēdo viſiones. ſ. infinitas infinito℞ vel vnā viſionē infinito℞: pōt dici ꝙ videt oīa habitualr̄: nō tm̄ actualr̄ exponēdo di. hoc mō: ꝙ ꝑ aliquē actū videt ꝟbū: ⁊ ꝑ illū actū oīa relucentia in ꝟbo ſunt ſibi pn̄tia actu p̄: ⁊ ꝑ hoc habitualr̄ ſibi nota: q2 gn̄alr̄ loquēdo illō di habitualr̄ notū: cu⁹ eſt act⁹ p̄mus ſufficiēter oſtenſiuus: nō eſt ergo aliquis vn⁹ habitus in
O aīa illa quī vnica ſua rōne oſtēdat infinita: ſed actus quo videt̄ ꝟbū p̄mo eſt actus primus preſens quo ſibi relucent oīa que lucent in ꝟbo: ⁊ hoc: q2 verbū eſt ſibi manifeſtatiuū vt ſpeculū volūtariū rep̄ſentans oīa. ℭ Sc̄d3 ſcil3 ꝙ nō actualr̄ declarat̄: q2 experimur ꝙ attentio circa plura obiecta eſt minus ꝑfecta: ⁊ ideo videt̄ ꝙ īpoſſibile ſit potētiā finitā ꝑfecta attentione videre infinita ſimul. ℭ R̄. Si actualr̄ videret īfinita, ꝑfectio illius aīe in īfinitu3 excederet ꝑfectionē alteri⁹ aīe: qḋ videt̄ incōueniēs: ⁊ per hoc adduci pōt illud Auic̄. 6° nāliu3. parti. 4ª c. 2. ꝙ in ſapīa creatoris nō eſt occultatio niſi ſm̄ receptaculū: q2 l3 ꝟbū vt volūtarie oſtēdens oīa ſit preſens volūtarie illi aīe: ipſa tm̄ nō pōt ſimul oīa recipere: ſed qḋlib3 ſigillatim: ⁊ ita pōt videre qḋcūq3 de numero infinito℞: ad qḋ ſe cōuertit. ℭ Et ſi obyciat̄ ꝙ ita pōt qlibet btūs videre qḋlibet in ꝟbo nō ſimul. ℭ Dico ꝙ ꝟbū cuilib3 alij beato eſt ſpeculū rep̄ſentans determinata vltra que nō pōt velle ordinate videre alia: ſed huic eſt ſpeculum repreſentās oīa: ⁊ ideo ipſa pōt ordinate velle videre oīa: quotcūq3 īfinito℞ ad ī que eſt in potētia ꝓpinqua ad videndū ſicut ſi eſſent ſibi preſentia per propriū habitum vel per aliquē actū p̄mū cognitiuū ꝗ poſſet dici habit⁹.

P **Ad argumenta** p̄ncipalia. ℭ Ad p̄m p3 qūo poſſet noſce īfinita. ℭ Ad 2m eſt ille illuminationes ſint ordinate: nō tm̄ ſm̄ ordinē naturarū ſed gratia℞: ⁊ ideo p̄mo huic aīe ⁊ ab hac illuminant̄ angeli. ℭ Ad confirmationē hui⁹ rōnis dico ꝙ aīa quātū ad illā actionē qua creatura di illuminare creaturā pōt illuminare angelū ſicut ecōuerſo: q2 in patria aīe beato℞ habebūt eūdē modū loquēdi quē angeli: ⁊ ideo ſi alicui aīe reuelet̄ prius aliqua veritas in ꝟbo q̄ angelo poterit illuminare angelū de illa veritate ſic̄ angelus poſſet illuminare animaz ſi prius eſſet reuelata angelo. ℭ Ad illud de cauſa ⁊ effectib⁹: ⁊ ꝓportione cāe ad effectus ⁊ p̄ncipij ad ꝯnes p3 ex īprobatione illius opīonis.

Ad illa pro ſc̄da opīone que probant ꝙ non poſſit videre īfinita. ℭ Ad p̄mū cū dicit̄ ꝙ vtus īfinita nō plus poſſet q̄ videre īfinita: l3 ſit verū extenſiue: nō tm̄ eſt verū intenſiue: poſſet eni perfectius videre illa q̄ aliqua vtus finita: q2 actus eius eſſet intenſior ſm̄ ī perfectionē ⁊ virtutē maiorē potentie. ℭ Ad aliud cū dicit̄ ꝙ in infinitū īdiſtinctius videret infinita. poteſt dici ꝙ videre īdiſtinctius reſpectu pluriū nō neceſſario eſt ex pte īntellectus vt receptiuus: ſed ſolū vt elicitiuus. poſſet eni recipe viſiones eque diſtinctas pluriū ſicut pauco℞: ⁊ ita ſi rō valeret ꝯcluderet ſolū ꝙ intell'ſ nō poſſit eſſe elicitiuus reſpectu infinita℞ viſionū. Sed pōt dici ꝙ nec hoc ꝯcludit: q2 tm̄ de facto intell'ſ noſter indiſtinctius intelligat plura q̄ pauca: hoc tm̄ nō neccio cōuenit ſibi de rōne ſua qua intell'ſ eſt prior actu elicito: ſed ex aliquo cōcomitante: qḋ nō eſt neceſſe
Q ponere in intell'u chr̄i. ℭ Ad 3m īfinitas extēſiua ad aliq̄ vt ad formas recipiēdas nō ꝯcludit īfinitā entitatē receptiui: ſic̄ p3 de mā ſi eēt receptiua īfinita℞ forma℞: imo magis cōcludit imperfectionē ſed infinitas extēſiua ad aliqua vt ad effectus ſimul cauſabiles cōcludit īfinitatē intenſiuā eo ꝙ talis pluralitas ꝯcludit maiorē ꝑfectionē in eo qḋ ad plura ſe extēdit: nō ita de receptiuo: ſi tm̄ intellectus ponit̄ elicitiuus infinito℞. dico ꝙ nec illa infinitas extenſiua cōcludit infinitatē intenſiuā ītell'ſ: ſed obi̇: q2 obm̄ eſt cā p̄ncipalis actiua reſpectu illarum viſionum ⁊ non intellectus.

Queſtio. III.

Tertio q̄rit̄. Utru3 aīa chr̄i nouerit oīa in gn̄e ꝓprio: Et arguit̄ ꝙ non. Luc̄. 2. Jeſus ꝓficiebat etate ⁊ ſapīa coram deo ⁊ hoībus. Et ſi exponat̄ ꝙ profecit ſm̄ apparentiā. Cōtra hoc eſt Ambro. 4° de. ſ. ſ. ⁊ ponit̄ in l'ra. vbi ipſe cōcludit fuiſſe in chr̄o aliquē aliū ſenſum q̄ diuinū: q2 ſm̄ aliquē ſenſu3 ꝓfecit: nō aūt ſm̄ diuinū: ſed hec ꝓbatio nihil valeret ſi deberet intelligi ſolū de ꝓfectu ſm̄ apparentiā: q2 etiā ſm̄ intell'm diuinu3 poſſet plus oſtēdere de ſapīa. ℭ R̄. Ad Heb. 5°. didicit ex his que paſſus eſt obedientiā. ℭ R̄. Fuit viator. igit̄ habuit cog̃nē cōpetētē viatori. illa aūt h3 ꝙ determinat ꝓhs p̄ meta. ⁊ 2° poſt' in fine eſt ex multis actibus ⁊ experiētijs. g° ⁊c. ℭ R̄. Fuit rōnalis: igit̄ potuit in actū cōpetentem rōnali vt rōnale. talis eſt diſcurrere a notis ad ignota: ⁊ ita per notitiā taliū ignoto℞ diſcurrēdo potuit diſcere aliqd nouū. ℭ Cōtra. nullā ignorātiā habuit ſm̄ Magr̄m: q2 nō expediebat nobis chr̄m aſſumere defectū illū. ℭ R̄. Angeli nouerūt oīa in gn̄e ꝓprio: g° multo magis aīa iſta que (vt ſupius dictū eſt) fuit ꝑfecta ſūma ꝑfectione ſupnāli: ⁊ pari rōne ſūma ꝑfectione nāli.

Vide 2° met. 4° poſte. ⁊ 3° phyſi. ⁊c.

N. l. aliquos effectus adeq̄ tos.

Vide ṽra. h.

N. l. quū.

Quere Bon. ḋſi. 6. q. 4.

Matt. 22.

N. l. ꝓportionem.

Quere Bon. ⁊ Magr̄3 in litera.

Quere lib. 6 incarna. c. 2. Ambro.

In phy°.

Tho.3.parte ſũ.q.11.c.13 & q.9.arti.4. medius.

Hic diſtinguitur de cognitione infuſa & acq/
ſita: & q̃ntũ ad p̄mã nouit
oĩa per aliqua īfuſa: puta per ſpẽs itelligibiles a deo īfu/
ſas: & quo ad hoc nõ potuit pficere: ſed quantũ ad cogni/
tionem acquiſitam potuit proficere. qḋ pbaẽ: q2 habuit
intellm̃ agentẽ & poſſibilẽ ſicut & nos quo2 opatio ppria
eſt abſtrahere huiꝰ ſpẽs itelligibiles & illas recipe: igiẽ in
hoc poterãt ille potẽtie in ↄ̃io pficere: ſpẽs aũt intelligi/
bilis vel eſt ſcia obti vel eſt pn̄ᵐ neceſſariũ ſciendi.

Quere opi. opinio hic. 3. pte. q.35. articulo.5.

Contra ↄcluſionẽ arguiẽ ex dictis opinãtis: q2 ſm̃
cũ duo accñtia eiuſdẽ ſpẽi nõ pñt eẽ ſil in
eodez: ſed cognitio infuſa & acq̃ſita rei in ppio gñe ſunt
eiuſdẽ ſpẽi. ¶ Et ſi dicaẽ q pñt diſtingui ſpecie ſicẽ ma/
tutina & veſpertina. ¶ Cõtra. Ille cognitiones ſi ſm̃ p/
priã rõnẽ obiecti vt. ſ. eſt praeſens in ſe & in ꝟbo ſint due
cognes veſpertina. ſ. & matutina acq̃ſita & infuſa diñr hic
idẽ obm̃ & ſolũ differũt penes cauſas efficiẽtes: ſicut hõ
creatus & genitus nãliter: ſed talis di. cauſarũ non diſtin/
guit cogñe formalr̃ ſm̃ Augᵘˢ ad deo grãs. & Ambro. de
incar. diſparitas ortus nõ facit diſtinctionẽ nãe: vt pȝ de
Adam & nobis. ¶ P. Cõtra ↄclõnẽ in ſe: ſi due cognes
eiuſdẽ ſpẽi pñt ſil̃ eſſe in eodẽ: nõ tñ due pfecte eiuſdem
obti & ſm̃ eãdẽ rõnẽ: q2 aut vtraq3 illa2 cognoſcit obm̃
pfecte q̃ntũ eſt cognoſcibile: & tũc altera ſupfluit: aut nõ:
& tũc neutra eſt pfecta. ¶ Cõtra rõnẽ: q2 tunc btũs cum
habeat itellm̃ agẽtẽ & poſſibilẽ poterit tũc acq̃rere ſcia2:
& potentia augmẽtatiua & alie potẽtie que erũt in beatis
eiuſdẽ rõnis cũ nr̃is poterũt hr̃e actus ſuos: & ita Adam
btũs modo põt augeri ſicẽ & Adã in ſtatu inocẽtie potuit
augmẽtari. ¶ Ex his inſtãtijs & ↄſilibus pȝ q hec ppõ
eſt falſa. potẽtie pfecte in quocũq3 pñt in actus ſuos. hoc
enĩ ſolũ eſt verũ de impfecto qḋ eſt in potẽtia ad termi/
nos actionũ illa2 potẽtia2: ſȝ ſi ab aliquo agẽte pueniẽ
te illas potẽtias iducti ſunt termini ad quos pñt eẽ actio
nes iſta2 potẽtia2 nõ poterũt agere ad illos terminos
nõ pꝑter imperfectionẽ ſuã: ſed pꝑter poſitionẽ termini
ab alio. nec pꝑter hoc ſunt negãde eſſe in nã: q2 ſunt ſim/
pliciter pfectiones nature ſiue illa habeat terminos pfe/
ctionis ab illis ſiue aliunde. ¶ Si poneretẽ hic alia opio

Henr. quol. 5. q.14.

ſcilȝ q hec aĩa nouit oĩa in habitu modo quo poniẽ habi
tus in angelo vt ſufficiẽs ratio ad cognoſcendũ oĩa habi/

Diſt.3.q.8. & ſequẽtibus.

tualiter: ita improbatur hec opio de aĩa chr̃i: ſicut impro
bata eſt de angelis in ſcḋo.

Ad queſtionẽ põt dici q duplex eſt cognitio. ſ.
abſtractiua & intuitiua: que di. p/

Diſt.3.q.9. A

bata fuit in 2ᵒ lib. & vtraq3 cogñe põt cognoſci tam natu
ra vt pcedit ſingularitatẽ q̃ ſingulare vt hoc. ¶ De co/
gnitione abſtractiua que. ſ. eſt obiecti ſiue ſingularis ſiue
vl̃is põt dici q illa aĩa nouit oĩa vl̃ia ſiue q̃dditates ha/
bitualr̃ per ſpẽs īfuſas: q2 cũ illa notitia ſit pfectionis in
intellu creato: eo q ſit paſſiuus reſpectu cuiuſcũq3 obti
itelligibilis: q2 nõ hȝ in ſe pfectionẽ oĩum itelligibiliũ: &
carere pfectiõe ſibi poſſi reſpectu alicuius obti ſit impfe/
ctionis in itellu videẽ pbabile attribuere huic itellectui
pfectionẽ reſpectu oĩs itelligibilis qualis attribuiẽ ange
lis cũ nec illa repugnet itellectui creato: nec ſit iperfectio
in eo: nec etiã incõpoſſis cognitioni in ꝟbo que poniẽ cõ/
petere huic aĩe: q2 ſm̃ Augᵘˢ 4ᵒ ſuper Gen. ſimul ſtãt co
gnitio in ꝟbo & cognitio in ppio gñe. Sed hoc modo. ſ.
abſtractiue & habitualr̃: vel non nouit oĩa ſingularia ſub
ppꝛijs rõnibus: puta ſi nõ hȝ ſpẽs infuſas niſi q̃dditatũ:
q2 ille nõ ſũt rõnes cognoſcẽdi ſingularia ſub ppꝛijs ra/
tionibus. ſicut enĩ vl̃e nõ dicit totã entitatẽ ſingulariũ:
ſic nec cognoſcibilitatẽ: & ita qḋ eſt ppria rõ cognoſcẽdi
vl̃e nõ eſt ppria rõ cognoſcẽdi pprie & diſtincte ſingula
re. vel ſi poniẽ cognoſcere habitualr̃ & abſtractiue ſingu/
laria quantũ ſunt cognoſcibilia ab intellu creato. cõcedẽ
dũ eſt cuiuſlibet ſingularis ppriã eſſe ſpẽm in itellu illo:
& ita plures ſpẽs eiuſdẽ ſpẽi: & etiã īfinitas ſpẽs īfinito2
ſingulariũ poſſibiliũ. ¶ Or: ſi alicui nõ videẽ attribuẽda
huic aĩe ↄfuſa cognitio ſingulariũ poſſibiliũ nec diſtincta
infinito2 ſiue p ſpẽs infinitas ſiue finitas. põt dici q hec
aĩa nouit habitualr̃ & abſtractiue aliqua ſingularia p pro
prias ſpẽs īfuſas: & aliq̃ nõ nouit habitualr̃. põt tñ noſce
re illa habitualr̃ ſi illa fiant in exñtia reali eo mõ quo di/
ctũ fuit 2ᵒ lib. q angelus põt acquirere notitiã aliquorũ

Diſtin.3.q.9 & inde.

obiecto2 per actionẽ illo2 in itellu ſuo: nec tñ opȝ ponẽ
aĩam illã noſcere actualr̃ q̃dditates nec ſingularia: q2 no
titia actualis in gñe ppio eſt ſm̃ ꝟtutẽ nãlẽ ipſius itellꝰ
in ſe. nõ aũt põt itellꝰ finitus ad q̃cũq3 obiecta ſimul di/
ſtincte pcipiẽda cõuerti virtute nãli. ¶ Loquẽdo tñ de
cogñe intuitiua que eſt de nã vel de ſingulari vt ↄcernit
actualẽ exiſtẽtiã. Dico q illa eſt vel pfecta qualis eſt de

B

obto vt pñtialr̃ exñs. vel impfecta qualis eſt opio de fu/
turo vel memoria de pterito. p̄mo modo nõ nouit oĩa in
gñe ppio & habitualr̃ in ꝟbo: q2 obiectũ illo mõ nõ eſt
cognoſcibile niſi vt pñs in ſe. vel in aliquo in quo hẽat
eſſe perfectius q̃ in ſe: ſed cognoſcere iſto mõ nõ eſt co/
gnoſcere in gñe ppio: nõ enĩ eẽt nata ſic cognoſci ſeſſio
petri niſi eẽt pñs in ſe: & ideo cũ multa obiecta nõ fue/
rint nec eſſe potuerint pñtia illi intellectui ſm̃ exiſtẽtia2
actualẽ illo2 nõ potuit hic notitiã intuitiuã. ¶ Et ſi dica/
tur q potuit hãc hr̃e per ſpẽs infuſas. Hoc falſũ eſt. tũ
q2 ſpecies īfuſa repreſentat obm̃ vt abſtrahit ab actuali
exñtia: q2 eodẽ mõ repñtat ſiue obm̃ exiſtat ſiue nõ exi/
ſtat: & per ↄñs nõ eſt rõ cognoſcẽdi exñs vt exñs. Tum
q2 veritates cognoſcibiles cogñe intuitiua de exñtibꝰ vt
exñtia ſunt. ſ. veritates ↄtingẽtes nõ pñt cognoſci p ſpẽs
quaſcũq3 inatas: q2 ex cogñe termino2 nõ põt cognoſci
veritas cõplexo2 ↄtingẽtiũ de illis terminis: q2 illaru3

A.l.ex.

cõplexionũ veritas nõ icludiẽ in terminis ſicut in ſpẽbꝰ
& terminis ea2 icludiẽ veritas necẽia cõplexionalis ſcien
tialis. opȝ igiẽ pp veritates ↄtingẽtes que ſunt de exñti/
bus vt exñtia ſunt cognoſcendas hr̃e aliqua obiecta in ſe
pñtia vt poſſint in ſe intuitiue cognoſci & videri: & hoc non
põt fieri in ppio gñe niſi ipſis rebꝰ in ſe ſm̃ ſuã exñtia2
pñtibꝰ: & ita illa cognitio intuitiua in gñe ppõ actualis vel
habitualis nõ põt dari illi aĩe de oĩbus: & quo ad hoc ne/
ceſſe eſt dicẽ q pfecit ſicut & alia aĩa: q2 alia & alia obta
alio & alio mõ cognouit. ¶ Silr̃ quantũ ad intuitiuã īper
fectã que relinquiẽ ex iſta pfecta: q2 de talibus pluribus
pfecte intuitiue cognitis derelicte ſunt plures memorie q/
bus cognoſcuntẽ illa obiecta q̃ntũ ad cõditiones exñtie
nõ vt pñtia ſed vt pterita. Ad hoc dico q etiã ſic nõ no/
uit oĩa in gñe ppõ. ¶ Et ſi obijciẽ q ex re pñte nõ relin
quiẽ niſi ſpẽs itelligibilis in itellu & in pte ſenſitiua ſpẽs
imaginabilis vt in ꝟtute phãtaſtica. Hoc falſũ eſt: q2 de

C

re pñte nõ tñ relinquiẽ ſpẽs ſenſibil̃ in phãtaſia ſȝ aliq̃
in poᵃ memoratiua: & ille poᶜ cognoſcunt obm̃ ſub alia &
alia rõne. nã vna cognoſcit obm̃ 2ᵐ ſe abſolute apprehẽ/
dendo quidditatẽ eius. alia apprehẽdit obm̃ vt in pteri/
to apprehenſum: ita q apprehẽſio pteriti eſt imediatu3
obm̃: & obm̃ imediatũ illiꝰ apprehẽſionis pterite eſt obȝ
mediatũ recordationis: ita etiã pñte aliquo ſenſibili ſen/
ſui põt ꝟtute illius cãri in itellu duplex cognitio. vna ab/
ſtractiua quo intellꝰ agens abſtrahit ſpẽm q̃dditatis vt
q̃dditas eſt a ſpecie in phãtaſmate, que repñtat obm̃ ab/
ſolute nõ vt exiſtit nũc vel tũc & hic: & alia põt eẽ in itellu

A.l.que obiecti cooperaẽ intellectui vt exiſtens.

cognitio intuitiua † que cooperaẽ itellectui: & ab hac põt
derelinq habitualis cognitio intuitiua iportata in memo/
ria itellectiua

ris itellectiua que ſit non qdditatis abſolute:ſic fuit alia:
A.i. quonſ. ſed cogniti vt exñs ĩ quãdo in preterito apprehendebaṫ
vt pterijt. Hoc mõ chrs p experiẽtiã didiciſſe dr multa.
hoc eſt p cogñes intuitiuas.i.illoꝝ cognitoꝝ quantu3 ad
exiſtentiam ꝛ per memorias derelictas ab eis.

Ad argumẽta p3 ad pmum per hoc ꝙ textus euãgelij nõ eſt exponendus vt
tñ pfecit ſm apparentiã:ga ſm Aug[us].83.q.q.9.contra
Apollinariſtas.euãgeliſte narrant hyſtorias:ꝛ ideo Ɽba
eoꝝ vera ſunt vt exprimunṫ:nõ ſic de alijs ſermonibus
tropicis ſcripture ſacre:ꝛ hoc etiã declat auctas Ambro.
ꝛ Apli ad Heb.quia vere in eo aliqs ſenſus pfecit.nõ ꝙ
aliquoꝝ cogñẽ abſtractiuã habitualẽ acquiſiuit ſed intui-
tiuã tñ actualẽ ꝗ3 habitualẽ. ¶ Ad illud pmo meta.ꝛ 2[o]
D poſterioꝝ.dico ꝙ illa cognitio quãtũ ad aliqd eſt neceſ-
ſitatis in nobis:ꝛ aliquo mõ nõ:quo ad cognitionẽ intui-
tiuã ſemp eſt neceſſitatis:ꝛ quo ad hoc cõpetebat chrõ:
ga fuit nobiſcũ viatoꝛ.quantũ aũt ad cognitionẽ abſtra-
ctiuã nõ ſemp eſt neceſſarius ille pceſſus:ga hec põt hri
per ſpẽs nõ tñ abſtractas ſed infuſas:qbus habuit eam
chrs:ꝛ ideo quo ad hoc nõ fuit modus ille neceſſarius in
chrõ ſicut in nobis. ¶ Ad 3[m] dico ꝙ diſcurſus nõ ſemp
facit acqrere cogñem de ↄ̃ne ad quã diſcurriṫ:ſed vel ſic
vel illa cogñe facit prehabita vti:ꝛ ita dico in pposito ꝙ
chrs potuit diſcurrere ad ↄ̃nes:quaꝝ pus habuit cogñe3
abſtractiuã.vel potuit addiſcere ↄ̃nẽ ſcientificã:l3 preha
beat oẽm notitiã qdditatiuã terminoꝝ que diciṫ ſcia ſm
Te.c.ꝯ.60. Ariſt.8[o] phy.ꝛ 2[o] de aia:l3 pprie nõ ſit habitus ↄ̃cluſionis.
¶ Et ſi obijciṫ ↄ̃ pmũ mẽbrũ.ſ.de cogñe abſtractiua ſin
gulariũ ſm pprias rõnes ſingulariũ ſiue oĩum ſm illa3
viã ſiue aliquoꝝ ſm tertiã quõ poterat cõpetere chrõ ꝛ
E nõ nobis cũ ſimus eiuſdẽ ſpeciei cu3 eo. ¶ Rñ:iſta ne-
gano nõ eſt in nobis:ga repugnet itellectui nr̃o.cognoſce
Doctrina ſin gularis õ inẽ ic Ariſ.3[o] de aia.t.cõ.20.ꝛ inde. mus eñi ſingularia ſub pprijs rõnibus in pña eodẽ itel
lectu quẽ mõ habemus:ſed pro ſtatu iſto intell's nr̃ nihil
cognoſcit niſi ꝙ põt gignere phãtaſma:ga non imutaṫ i-
mediate niſi a phãtaſmate vel a phãtaſiabili.entitas aũt
ſingularis nõ eſt ppria rõ gignẽdi phãtaſma:l3 tñ enti-
tas nãe pcedẽs illã entitatẽ ſingularẽ.ipſa aũt entitas ſin
gularis nõ eſt nata mouẽ imediate aliquã potẽtiã cogni-
tiuã niſi intellectũ:ꝛ ꝙ noſtrũ nũc nõ moueat eſt pp con
nexionẽ ei[us] ad phantaſiã.in pña Ɽo nõ eſt talis cõnexio:
ideo ibi hoc vt hoc intelligetur. Queſtio.IIII.

Quarto queriṫ ſine argumẽtis.Utrum aia chri nouerit oia pfectiſſime
A in gñe pprio. ¶ Rñ:ꝙ põt intelligi de co-
gnitione actuali vł habituali.de habituali di
co ꝙ pfectiſſime nouit:ga ſic poſitũ eſt diſt.
13[a].iſtã aiam poſſe hre ſummã grãm poſſibilẽ creature:
ita pbabile eſt ꝙ hẽat ſpẽs intelligibiles pfectiſſimas p
ꝗs itelligit pfectiſſime res cogñe abſtractiua habitualr.
¶ Si aũt queraṫ de actuali nũc diſtiguẽdũ eſt de abſtra
ctiua ꝛ intuitiua.quãtũ ad abſtractiuã nõ põt pfectiſſime
B noſcere ex ea pte qua intell's eſt cã partialis reſpectu itel
lectionis:ga itell's ſuus nõ eſt pfectiſſimus itell's creat[us]:
ꝛ quãto iſta cauſa ptialis eſt iperfectioꝛ:tãto itellectio eſt
iperfectioꝛ.illa eñi eliciṫ ſm Ɽtutẽ intell's ꝛ obti pñtis ſi-
ne miraculo ſpãli:ſi tñ ſpẽs iſuſa alicuius obti in aia chri
poniṫ:tãto pfectioꝛ ſpecie iſuſa cuiuſcūqꝫ itellectũ:quãto
itellectualitas aie chri deficit ab itellectualitate alterius
intell's:nũc totũ iſtud.ſ.intell's aie chri cũ illa ſpecie iſuſa
põt equari toti illi.ſ.itellectui alterius cum ſua ſpecie. Et
ſi totalis cauſa equatur totali:l3 vtraqꝫ partialis ſit diui-
De additur in a aliqb[us] originalibus. ſim iequalis vtriqꝫ partiali poteſt ſequi effectus equalis.
¶ De intuitiua aũt cũ ibi obm nõ vt in ſpecie agat:ſed vt
in ſe preſens:ꝛ vt in ſe pñs eſt idẽ ꝛ eodẽ modo cũ quo-
cũqꝫ operẽṫ:ſequiṫ ꝙ itell's cuius itellectualitas eſt iper C
fectioꝛ habebit illũ actum imperfectiorem:ſed de intui-
tiua in verbo poteſt dici itellectus ille perfectiſſime vi-
dere:ſicut ꝛ videt verbum.

¶ Illõ quoqꝫ pretermittẽdũ nõ ẽ ꝛc. Diſ.XV

Circa iſtã 15[am] diſtõnẽ:in qua Magr̃ agit de defectib[us] aſſumptis cũ
nã humana,ꝗro vnũ.Utru3.ſ.in aia chri
ſm portionẽ ſupiorẽ fuerit verus doloꝛ:
Hic incipit 2[a] ps hui[us] libri ſm aliquos. In iſta.q.per totu3 reperi-tur magna va-rietas in origi-nalibus forte ex mixtẽ ſcri ptũ cũ repor-tatio ꝛ ex diffi cultate ipſius textus ↄgeto. Q nõ.ↄ̃ria nõ pñt eſſe in eodẽ.gaudium
ꝛ triſtitia ſunt huiꝰ:ergo.maioꝛ probaṫ.
tum ga ↄ̃dictio eſt maxima oppoſitio:ꝛ
ideo includiṫ in oĩbus oppoſitionibus:ꝛ per ↄ̃ñs ſequiṫ
ad oẽs:ita ꝙ ad ꝗcũqꝫ oppoſita ſequunṫ cõtradictoria.
Tum ga hoc vult Phs 4[o] meta.vbi dicit ꝙ ſi ↄ̃ria po- T.c.9.ꝛ.27.
nanṫ ſimul in eode3 ſequiṫ ↄ̃dictoria verificari. ¶ Et ſi
dicaṫ ad ma.ↄ̃ria eſſe ſimul in eodẽ motu vel in mobili: Uide vr.hꝙ l3 ↄ̃ria eriã in, ſimo poſt ſe eſſe eodem.
ga terminus a quo nõ ſimul totalr̃ expelliṫ:nec termin[us]
ad quẽ totalr̃ acqriṫ imo qð moueṫ dum moueṫ partim
eſt in termino a quo ꝛ partim in termino ad quem ex 6[o] t.c.7.ꝛ.87.
phy.ꝛ 9[o] meta. ¶ Cõtra hoc ga nõ ſunt ſimul in ſũmo ꝛ Idẽ.4. met. te.c.cõ.28.
in eſſe pfecto:ga ſic ſunt incõpoſſibilia:ꝛ etiã quia qñ ſil
ſunt quocũqꝫ vnũ diminuit aliud.hic aũt gaudiũ non di
minuebaṫ:ga nõ fuit decẽs vt fruitio illius aie diminue-
reṫ p actũ meritoriũ ſic acceptu3 trinitati vt ſatiſfaceret
pro genere humano. ¶ Si dicaṫ ad minorẽ ꝙ gaudiu3 Uide Henr. quoli.8.q.4. ꝛ q̃li.12,q.11.
ꝛ triſtitia nõ ſunt ↄ̃ria in pposito:ga non ſunt de eodem.
¶ Cõtra illud circa qð ſunt ↄ̃ria eſt ſubiectũ ide3.Sed
nõ op3 ꝙ habeãt cauſa3 eandẽ:ita eñi ſunt ↄ̃ria ꝛ icõpoſ-
ſibilia albũ ꝛ nigru3:ſi fiant a cõtrarijs cauſis.ſ.calido ꝛ
frigido:ſicut ſi poſſent fieri ab eadẽ cauſa.Sed obiectũ
ſe h3 ad illas paſſiones vt cauſa effectiua.ergo. ¶ P̃ 2[o].
Impaſſibilitas corpis eſt in corpe a deo glorificãte:ꝛ tñ
nõ patiṫ ſecũ paſſionẽ corpis ab alia cauſa iferiori:ergo
impaſſibilitas ꝛ paſſio a diuerſis cauſis ſunt incõpoſſia.
igiṫ pari rõne in propoſito. ¶ P̃ 3[o].Impeccabilitas aie
ex hoc pncipalr̃ cõuenit ꝙ cõiungiṫ fini vltimo imedia-
te:ꝛ tñ cũ hoc nõ ſtat ꝙ ipſa ſit peccabilis circa qðcũqꝫ
aliud obm:vbi tñ eſt tãta di.quãta in propoſito:ga obie
ctoꝝ circa que fierent oppoſita illa. ¶ P̃.7[o] ethicorum. Cap.18.
delectatio vehemẽs expellit triſtitiã nõ tñ oppoſitã:ſed
etiã cõtingentẽ:igiṫ dato ꝙ nõ fuit ↄ̃rietas:adhuc tñ gau
diũ excellẽs de vno excludit oẽm dolorẽ. ¶ Cõfirmaṫ:
ga ſm Auic.6[o] nãlium par.4.c.5.potentie nãles intenſe
mutuo ſe ipediũt ex actibus ſuis intenſis:qð p3 in raptu
Pauli in quo neſciuit verũ in corpe vel extra corpus vi-
derit archana illa de quibus loquiṫ 2[a] ad Corin.12.igiṫ
multo magis videṫ ꝙ potẽtia eadẽ ex vehemẽti opatio-
ne ꝛ paſſione circa vnũ obm impediat ſeipſa3 circa aliõ
obm in opatione ꝛ paſſione. ¶ Cõfirmaṫ etiã p 17[am] p-
poſitionẽ de cauſis.oĩs Ɽtus vnita maioꝛ eſt:ꝛ p ↄ̃ñs diſ-
perſa minoꝛ. ¶ P̃.Gaudiũ ſequiṫ dilatatio cordis ꝛ tri-
ſtitiã cõſtrictio:igiṫ nõ pñt eſſe ſil.nõ eñi ſil põt coꝛ dila
tari ꝛ ↄ̃ſtringi. ¶ P̃.Hyl.in lr̃a videṫ expſſe remouere
triſtitiã verã ꝛ dolorẽ a chrõ. ¶ Cõtra.Iſa.53.vere dolo
res nr̃os ipſe portauit. ¶ P̃.Tren.j.diciṫ in pſona chri.
videte ſi eſt doloꝛ ſicut doloꝛ meus:ſed omni dolore nõ
attingẽte portionẽ ſuperiorẽ aie põt eſſe maioꝛ doloꝛ:ſic
ꝛ omni gaudio in portione alia põt eẽ maius ſ.illõ qð eſt
in portione ſuprema:ſic p3 in btis. ¶ P̃.Chrs meruit in
ſua paſſione.meritũ pncipalr̃ ↄ̃ſiſtit in ſupiori portione.
¶ P̃.Satiſfecit p pctõ Ade. Adã aũt peccauit ſm por-
tionẽ ſuperiorẽ.igiṫ ſm illã ſatiſfecit chrs.ſatiſfactio eñi Sap.11.

debet eſſe ſm illud ſm q peccat. ℂ P. Mors chriſti fuit
5° met. c. 6 violēta: ḡ ĩuolūtaria ⁊ triſtis. aiſ pbaſ: qa tūc non fuit
naturalr morituruſ: nec abſolute mors eſt nālis: ſed pena
c. 69. totius. nature lapſe. ℂ P. Dam. li. 3°. c. 22. Eſt timor nālis nolē
te ala diuidi a corpe ppter eā a pncipio a cōditore ipoſi
tam ipſi nālē cōpaſſionē ⁊ familiaritatē. ppter qd enim
timeſ malū iminēs: ppter idē eſt triſtitia de malo pſen
te igiſ ppter nālē legē impoſitā a cōditore triſtabaſ aia
illa de paſſione: ⁊ per ɔñs quantū ad portionē ſuperiorē:
A. l. qua iudi cat. qa ad illā pertinet reſpicere legē a cōditore ipoſitā ĩ que
iudicaſ ſm regulas eternas. ℂ P. Idē ibidē. Nequaq̄
deitas paſſiones aſſumit citra patiēs corpus: neq3 turba
tionē ⁊ triſtitiā demōſtrat citra aiam turbatā ⁊ triſtatā:
neq3 meſtus eſt ⁊ orat citra itelligētiā meſtā ⁊ orantem.
per intelligentiā aūt ſignificat ſaltē aliquid excedēs ſen
87. ſualitatē. ℂ P. Super illud pſal. Repleta eſt malis aia
mea. dicit Aug. Nō vitijs ſed penis: igiſ quelibet portio.

Henri. ql. 8. q. 7. vide h **Hic diſtinguitur** de ſuperiori portiōe: vt eſt
natura: ⁊ ſic doluit: qa fun
datur in anima dolente vel vt ratio: ⁊ ſic nō doluit: qa nō
per cōparationem ad obiectum qd reſpicit.

A A. l. qa nō dī aliqd pdicatū in eē alicui ꝫ aliqd qd acci dit illi rōne ĩ hērētie ſiēt. **Contra** illā diſtōnē arguiſ. † Nullū pdicatū dicit
ĩeſſe alicui rōne inherētie alicuius qd acci
dit ſibi: ſicut nō dī hō ſm muſicā edificare: lz muſico ac
cidat edificare ſiue edificato rē eē. igiſ nec ſm portionē
ſupiorē diceſ aia dolere. ſi tñ alicui accidēti accītaliter
ɔiuncto portioni ſuperiori iſit dolor. talis eſt rō reſpectu
eius vt nā: ⁊ reſpect⁹ fundati ad aiaꝫ vt fundamētū iſti⁹
doloris. ℂ Cōfirmaſ rō: qa ſic poſſet dici ala intelligere
ſm voluntatē vt nā nō vt voluntas: qa ipſa aia vel nā q̄
eſt volūtas vel in qua eſt volūtas itelligit. ℂ P. Anime
vt diſtinguiſ a potētia vel potētijs nō ɔuenit dolere ſiē
nec reſpicere obm de quo doleat: ſed ipſa eſt tñ vna. ſm
ſe in portione iferiori ⁊ ſupiori: vt nō reſpicit aliqd obm:
⁊ vt eſt tñ actus pmus: igiſ vt eſt vna in illis duab⁹ por
tionibus nō pōt eſſe ratio pp quā altera eaꝝ doleat. igiſ
pp alam que eſt eadē portioni inferiori dolēti. non diceſ
dolere portio ſupior que nō eſt ei eadeꝫ. ℂ P. Si aie vt
nā ɔuenit dolere hoc maxime ɔuenit ſibi ppter ſepara
tionē eius a corpore: qa ſibi vt natura conuenit perficere
corpus: ⁊ naturalr inclinari ad corpus: ſed cōſequens eſt
falſum: qa in ſeparatione eius a carne fuit facta impaſſi
bilis: igitur tunc non triſtabatur.

Ad ſolutionē hui⁹ qōnis pmittēda eſt auctitas
Aug. 14° de ci. c. 15. vbi dicit ſic.
Dolor carnis tñmodo offenſio eſt aie ex carne: ⁊ quedā
ab eius paſſione diſſenſio ſiē animi dolor q triſtitia nūcu
paſ eſt eius diſſenſio ab his rebus que nobis nolētibus
accidūt. ℂ Ex hoc pꝫ di. inter dolorē pprie dictū qui. ſ.
ineſt aie ex carne ⁊ pmo ſm partē ſenſitiuā ⁊ triſtitiā p
prie dictā que ieſt aie ſm ſe: ⁊ pmo ſm partē itellectiuā.
ℂ Ad huius ḡ qōnis ſolonē. Primo videndū eſt qd ſit
dolor: ⁊ qd triſtitia accipiēdo vocabula hic pprie. Scdo
qūo verus dolor fuit in ala chriſti: ⁊ ſm quā potētiam: ⁊ de
quo obiecto. Tertio de triſtitia. ⁊ ibi primo ſi ipſa infuit
ſm portionē ſuperiorem. ⁊ ſcdo an infuit ſm portionem
inferiorem: ⁊ de quibus obiectis.

Henri. ql. ij. q. 8. ⁊ 9. ⁊ q. 12. q. 9. vide ei q. 6. q. 32. **De primo** diciſ q prima radix doloris eſt imu
tatio offenſiua vel corruptiua diſpoſi
tionis cōuenientis nature. Sicut ecōtra prima radix dele
ctationis eſt imutatio ſaluatiua diſpōnis ɔuenientis nāe.
ſcda ⁊ prima radix eſt apprehenſio huius imutationis.
nec ſufficit ſcda radix ſine pma / aliogn btūs poſt reſurre
ctionē poſſet dolere: qa ſi eſſēt in igne pfectiſſime appre
henderet ſummū calidū: nō tñ lederet ab eo: ita ſi ſola
apprehenſio ſine imutatione pma ſufficeret: poſſet btūs
dolere exiſtēs in igne afflictiuo. ℂ Sed de apprehēſio
ne diſtinguiſ / q aliud eſt apprehēſio. aliud perceptio: qa
apprehenſio ſenſitiua hꝫ pro obto ipſum ſenſibile: puta
apprehēſio viſus colorē: auditus ſoni: ſed pceptio anne
xa apprehenſioni hꝫ pro obto nociuū triſtans † vel pſi
A. l. no. vl p ſicut circum ſtās ſenſibile. Vide. 14. de aialibus hic. Vide Aug. ii. tri. c. 2. cuū letificans ſenſum: ⁊ hec itētio ɔuenientis vel diſcōue
nientis hꝫ vim rei ad mouendū ad paſſiones: quales res
ipſa poſſet facere: ſiē pꝫ p phm lib. de motu aialiū / q
phātaſma mouet aliqñ vt res ad calefactionē quideꝫ ⁊
frigefactionē: ⁊ modica imutatio cordis facit magnā im
A. l. in proa mutationē corpis: ſicut magnā imutationē † in naui facit
modica imutatio in gubernaculo nauis: igiſ ille itentio
nes ɔtatē obtī hñtes pñt mouere ad paſſiones aiales vt
A. l. ſūt ɔcomi tanter eaū ad paſſiones. dolorē ⁊ gaudiū que cōcomitanſ imutationē cordis ad
paſſiones nāles corpis ſm calidū ⁊ frigidū. Sic ḡ dī q
apprehēſio eſt tñ cauſa ſine qua nō vt radix ſcda reſpe
ctu doloris: ſed pceptio eſt cauſa pp quā ſic: ipſum autē
obm pcedit vt cauſa p ſe ⁊ ppter iſtā rōnē motiui: quaꝫ
hꝫ intentio cōuenientis ⁊ nociui ad paſſionē aialeꝫ (ſicut
⁊ obm q illa intētio circūſtat) hꝫ rōneꝫ motiui ad iſtam
paſſionē nālē corpis: quā ɔcomitaſ illa paſſio aialis.

Contra iſta. pmo videſ q illa pma radix ſit nulla:
qa ſm eū ſicut in dolore eſt imutatio corru
ptiua diſpōnis ɔuenientis nāe: ita in delectatione eſt imu
tatio inductiua vel ſaluatiua eiuſdē: ſed iſta imutatio nul
la videſ eſſe: qa quero ad quē terminū eſt: nō ad primā
ſenſationē: qa precedit eā ſicut pma radix ſcdaꝫ. nec mul
tomagis ad ſenſationē ſequentē paſſioneꝫ: qa iſta ſequiſ
vtrāq3 radicē: igiſ ipſa eſt ad vtrāq3 diſpōnē vt ad pro
ximū terminū que naturalr precedit oēꝫ actū tā ſenſus
q3 etiā potētie delectātis vl triſtātis: ſed nihil tale videſ
neceſſariū ad delectationē: qa nihil pcedit ambo iſta niſi
forte ſpēs obti: ſed ſi ſpēs pfuiſſet in ɔtute phātaſtica cō
A. l. imutatio noua. ſeruāte ſpēs: nihil minus poſſet eſſe † conſeruatio necīa: ⁊
ois radix necīa ad delectationē deberet tūc ɔſeruari. Si
etiā ſenſatio ſola fieret nō minus poſſet eſſe aliqua dele
ctatio: qa nō minus eſſet opatio pfecta quā cōcomitatur
Cap. 3. delectatio ſm phm. 10. ethi⁹. ℂ P. De ſcda radix ſuffi
ciat ſine pma. pbaſ: qa lꝫ organuꝫ ſit corpus nāle: ⁊ ideo
paſſibile paſſione nāli: tñ inquantū organū eſt mixtū: ita
